

7^{ème} DIMANCHE APRES LA PENTECÔTE
2^{ème} Classe



Ant. ad Introitum. *Ps. 46, 2.* Omnes gentes, pláudite mánibus : iubiláte Deo in voce exsultatiónis. *Ps. ibid., 3.* Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis : Rex magnus super omnem terram.

V/. Glória Patri.

Introit. Tous les peuples, battez des mains, acclamez Dieu par vos cris de joie ! *Ps. ibid., 3.* Car le Seigneur est le Très-Haut, le redoutable, le grand roi sur toute la terre.

V/. Gloire au Père.

Oratio. Deus, cuius providéntia in sui dispositióne non fállitur : te súppliques exorámus ; ut nóxia cuncta submóveas, et ómnia nobis profutúra concédas. Per Dóminum.

Collecte. Dieu, votre providence ne se trompe jamais dans ce qu'elle dispose : nous vous prions en suppliant ; détournez de nous tout ce qui nous serait nuisible, et accordez-nous tout ce qui doit nous être avantageux. Par le Christ N.-S. **Amen.**

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános. *Rom. 6, 19-23.* Fratres : Humánum dico, propter infirmitátem carnis vestræ : sicut enim exhibuístis membra vestra servíre immundítiae et iniquitáti ad iniquitátem, ita nunc exhibéte membra vestra servíre iustítiae in sanctificatióne. Cum enim servi essétis peccáti, líberi fuístis iustítiae. Quem ergo fructum habuístis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis ? Nam finis illórum mors est. Nunc vero liberáti a peccáto, servi autem facti Deo, habétis fructum vestrum in sanctificatióne, finem vero vitam aetérnam. Stipéndia enim peccáti mors. Grátia autem Dei vita aetérna, in Christo Iesu, Dómino nostro.

Lecture de la lettre du Bienheureux Apôtre Paul aux Romains. Mes frères : J'emploie un langage humain, adapté à votre faiblesse. Vous aviez mis les membres de votre corps au service de l'impureté et du désordre, ce qui mène au désordre ; de la même manière, mettez-les à présent au service de la justice, ce qui mène à la sainteté. Quand vous étiez esclaves du péché, vous étiez libres par rapport aux exigences de la justice. Qu'avez-vous récolté alors, à commettre des actes dont vous avez honte maintenant ? En effet, ces actes-là aboutissent à la mort. Mais maintenant que vous avez été libérés du péché et que vous êtes devenus les esclaves de Dieu, vous récoltez ce qui mène à la sainteté, et cela aboutit à la vie éternelle. Car le salaire du péché, c'est la mort ; mais le don gratuit de Dieu,

c'est la vie éternelle dans le Christ Jésus notre Seigneur.

Graduale. Ps. 33, 12 et 6. Veníte, filii, audíte me : timórem Dómini docébo vos. **V/.** Accédite ad eum, et illuminámini : et fácies vestræ non confundéntur.

Allelúia, allelúia. **V/.** *Ps. 46, 2.* Omnes gentes, pláudite mánibus : iubiláte Deo in voce exsultatiónis. Allelúia.

Sequéntia sancti Evangéllii secundum Matthæum. **Matth. 7, 15-21.** In illo témpore : Dixit Iesus discíplis suis : Atténdite a falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, intrínsecus autem sunt lupi rapáces : a frúctibus eórum cognoscétis eos. Numquid cólligunt de spinis uvas, aut de tríbulis ficus ? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit : mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus fácere : neque arbor mala bonos fructus fácere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidétur et in ignem mittétur. Igitur ex frúctibus eórum cognoscétis eos. Non omnis, qui dicit mihi, Dómine, Dómine, intrábit in regnum cælórum : sed qui facit voluntátem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrábit in regnum cælórum.

Graduel. Venez, mes fils, écoutez-moi, que je vous enseigne la crainte du Seigneur. **V/.** Qui regarde vers lui resplendira, sans trouble au visage.

Allelúia, allelúia. **V/.** Tous les peuples, battez des mains, acclamez Dieu par vos cris de joie ! Alléluia.

Suite du Saint Evangile selon Matthieu. En ce temps-là : Jésus dit à ses disciples : Méfiez-vous des faux prophètes qui viennent à vous déguisés en brebis, alors qu'au-dedans ce sont des loups voraces. C'est à leurs fruits que vous les reconnaîtrez. Va-t-on cueillir du raisin sur des épines, ou des figes sur des chardons ? C'est ainsi que tout arbre bon donne de beaux fruits, et que l'arbre qui pourrit donne des fruits mauvais. Un arbre bon ne peut pas donner des fruits mauvais, ni un arbre qui pourrit donner de beaux fruits. Tout arbre qui ne donne pas de beaux fruits est coupé et jeté au feu. Donc, c'est à leurs fruits que vous les reconnaîtrez. Ce n'est pas en me disant : "Seigneur,

Seigneur !” qu’on entrera dans le royaume des Cieux, mais c’est en faisant la volonté de mon Père qui est aux cieux.

Ant. ad Offertorium. Dan. 3, 40. Sicut in holocáustis arietum et taurórum, et sicut in mílibus agnórum pínguium : sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi : quia non est confúsió confidéntibus in te, Dómine.

Secreta. Deus, qui legálium differéntiam hostiárum unius sacrificii perfectione sanxísti : accipe sacrificium a devótis tibi fámulis, et pari benedictióne, sicut múnera Abel, sanctífica ; ut, quod sínguli obtulérunt ad maiestátis tuæ honórem, cunctis proficiat ad salútem. Per Dóminum.

Ant. ad Communionem. Ps. 30, 3. Inclína aurem tuam, accélera ut erípias me.

Postcommunio. Tua nos, Dómine, medicinális operátio, et a nostris perversitatibus cleménter expédiat, et ad ea, quæ sunt recta, perdúcat. Per Dóminum nostrum.

Offertoire. Comme un holocauste de béliers, de taureaux, d’agneaux gras par milliers, que notre sacrifice, en ce jour, trouve grâce devant toi, car il n’est pas de honte pour qui espère en toi, Seigneur.

Secrète. Dieu, vous avez sanctionné les divers sacrifices offerts sous la loi par la perfection d’un sacrifice unique : recevez ce sacrifice que vous présentent vos dévots serviteurs, et sanctifiez-le au moyen d’une bénédiction pareille à celle qu’obtinrent les donc d’Abel ; afin que ce que chacun de nous a offert en l’honneur de votre majesté, profite à tous pour le salut.

Antienne de Communion. Incline ton oreille et viens me délivrer.

Postcommunio. Que votre action qui guérit, ô Seigneur, nous délivre doucement des tendances perverses, et nous conduise à ce qu’il y a de bien et de droit. Par le Christ N.-S. **Amen.**